



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Pars Qvarta Sive Everhardvs

**Orlandini, Nicola**

**Antverpiae, 1661**

Cvm Sanctissimus D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625 ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14186**

GOSWINVS NICKEL  
SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVM Quartam Partem Historiarum Societatis IESV ( siue Euerardum ) à Patre Francisco Sacchino eiusdem Societatis Sacerdote olim conscriptam aliquot nostri Theologi recognouerint , & in lucem edi posse probauerint , facultatem facimus , vt typis mandetur , si ita ijs , ad quos spectat , videbitur : cuius rei gratia has literas manu nostra subscriptas , sigilloque nostro munitas damus. Romæ. 8. Sept. 1652.

Gosvvinus Nickel.

---

REVERENDISSIME PATER.

L Egi, inſu Tuo, Historiarum Societatis IESV Partem Quartam, ab Anno Domini 1573. ad 1580. reperiſſe graui, & eleganti ſtylo conſcriptam, clariffimisque religioſarum virtutum exemplis, ad poſteriorum eruditionem, referriſſimam. Cumque in ea omnia proſus, ſine vlla Orthodoxæ Fidei, ſanæ doctrine, atque optimorum morum iniuria decurrant; non ſolum publica luce, ſed & omnium commendatione digniſſimam cenſeo. Romæ, ex Aedibus S. Mariæ in Campitello die 15. Martij 1650.

Hippolytus Marracius Congregationis Cleric. Regul.  
Matris Dei, manu propria.

---

CVM Sanctiſſimus D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hætenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur eſlogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem; cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes auctorem. Huic Decreto, eiufque confirmationi, & declarationi, obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo; profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc Libro refero, accipere,

accipere, aut accipi ab vilo velle, quàm quo ea solent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur. Ijs tantum modo exceptis, quos eadem sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adscripsit.

Imprimatur si videbitur Reuerendis. Sacri Apostolici Palatij Magistro.

*Africanus Rivaldus Vicefg.*

*Imprimatur*

Fr. Vincentius Fanus Magist. & Socius Reuerendis. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apof. Mag. Ord. Præd.

#### PRIVILEGIUM.

**E**Go infra scriptus Societatis IESV in Gallo Belgicâ Prouincialis iuxta Priuilegium eidem Societati concessum, quo Typographis omnibus prohibetur ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant, facultatem do NICOLAO DE RACHE, Typographo Insulensi, vt totum quartum *Historiæ Societatis nostræ* à R. Admodum P. Nostro Generali approbatum, imprimere & ad sex annos proximos libere distrahere possit. Datum Duaci 23. Februarij Anno 1661.

HVBERTVS WILTHEMIVS.

**V**lris supradictis approbationibus quartæ Partis Historiarum Societatis IESV, cenfeo illam posse in lucem edi. Insulis 2. Maij 1661.

LVCAS ROVSSEL *Pastor Sancti Stephani  
& Librorum Censor.*

HISTO-